FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Theses Physicae De Anima. Qvas, In celeberrima Heidelbergensi Academia publicè disputandas proponit M. Iohan. Krey, Verbi Divini Minister. ...

### Krey, Johann

### Heidelbergae, 1590

### VD16 ZV 31096

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148694

Visual Library

# THESES PHYSICAE
DE
# ANIMA.

QVAS,

In celeberrima Heidelbergensi
Academia publicè disputandas
proponit

M. IOHAN. KREY, VERBI
DIVINI MINISTER.

Respondente

IACOBO KERY, HACHENBVRGENSI,

In auditorio Philosophico die X. Octobris,
loco & tempore consuetis.

HEIDELBERGAE,
Abrahamus Smesmannus excudebat.
cIↃ. IↃ. xc.

NOBILITATE GENERIS,
VIRTVTE ET DOCTRINA PRÆ-
STANTISSIMIS ET CLARISSIMIS VIRIS
DD. SENATORIBVS ECCLESIA-
STICIS PALATINIS,

BERNHARDO CONDEITS AB HELPEN PRÆSIDI.
D. MARCO zum Lamb.
M. STEPHANO BECHEL.
D. IACOBO KIMEDONTIO.
MELCHIORI ANGERO CONCIONATORI AVLICO.

DOMINIS ET PATRONIS SVIS
GRATITVDINIS ET OBSERVANTIÆ ERGÒ
HAS DE ANIMA THESES,

M. IOHANNES KREY,
OFFERT ATQVE
DEDICAT.

## THESIS PRIMA.

PROPOSITVM est nobis modestam de anima συζήτησιν instituere: quia tum vtilissima: tum etiam iucundissima, est quæstio.

II.

Hinc veteres Philosophi licet veritatis viam in omnibus sequi non potuerint: tamen diligentissimè hac de re cogitârunt.

III.

Inter veteres tamen Philosophos, nullus rectius & perfectius de anima scripsit quàm Aristoteles.

IV.

Secundum hunc ergo anima est actus primus, corporis physici organici vitam habentis potentia.

V.

Animam si potentiæ & gradus spectantur λογικὴν καὶ ἄλογον dicimus. Hæc in brutis & plantis etiam existit: Illa propria solius hominis, quod ex operationibus, manifestum est.

VI.

Anima λογικὴ de qua nos hoc loco agemus, est substantia spiritualis, immortalis, intelligens, quæ cum corpore arctissimè connexa, vnum cum eo ὑφισάμενον constituit.

VII.

Hęc definitio nobis explicanda est: ac tum essentia tum δυνάμεις siue facultates præcipuæ perpendendæ.

VIII.

Primum itaque anima non accidens, sed οὐσία est per se subsistens, etiam à corpore separata.

IX.

Hæc οὐσία non vnica est, totius mundi: sed multiplicata & cuique indiuiduo sua datur, non tamen per μετεμψύχωσιν.

X.

Est quoque essentia spiritualis non elementatis vel ex ijs conflata.

XI.

Falsa itaque eorum philosophorum est sententia animam hominis crasin vel ignem vel rem corpoream esse existimârunt.

XII.

Neque tamen θεὸς est, vel pars diuinæ essentiæ, vel ex illa decerpta sed essentia ab illa separata toto genere: quod est à se & æternum & immensum esse.

XIII.

Immortalis ita est, vt licet initium habeat: finem tamen nullum habitura sed in æternũ permãsura sit.

XIIII.

Atque hæc clarissimi philosophi Aristotelis sententia fuit quam & de testimoniis euidentissimis & rationibus testatam reliquit.

XV.

XV.

Imprudenter igitur ac malè à multis cõtrariæ sentẽtiæ insimulatur, quasi animæ interitum asseruisset.

XVI.

Liquet etiam hinc animam ex traduce seu materiæ potentia originem minimè trahere: Si quidem spiritualis & immortalis est.

XVII.

Sequeretur enim animã mortalem esse si aut traduceretur aut diuideretur: neque vllus modus traductionis monstrari potest.

XVIII.

Cæterum facultates animæ duas numeramus: intellectum & voluntatem falsam & impiam eorum opinionem existimantes, qui τῇ οὐσίᾳ intellectum ab anima separârunt.

XIX.

Intellectus est facultas animæ, qua res vniuersas quantum homini concessum est, cognoscimus.

XX.

Obiectum eius est τὸ νοητὸν idque vel simplex vel materiatum vt sunt essentiæ simplices vel cõpositæ.

XXI.

Intellectus porro vnicus est, ratione tamen operationis obiecti & finis variè diuiditur. In agentem & patientem in simplicem & compositum: in πρακτικὸν & θεωρητικὸν & ita deinceps.

XXII.

Voluntas est facultas animæ quæ obiecta ab intellectu

lectu monstrata proprio & spontaneo motu eligit vel repudiat.

XXIII.

Obiectum eius tam latè patet quam res ipsæ quæ sub electionem vel eius contrarium cadunt.

XXIIII.

Atque hæc de anima quæ non tanquam nauclerus naui assistit, aut præter curiæ: sed forma corporis est quæ vnum ὑφισάμενον cum eo constituit.

FINIS.